memoriam lety exhorresco. Benè tamen conscii q sunt, falsis conviciis moveri non debent. Nec existimare plg ponderis in alieno esse convitio, quam in propriæ conscientiæ testimonio: ut rectè Ambrosig monet.

Porrò Em V.m celare, quæ à quatuor civitatibg apud nostrum senatum, tentata fuere miramur: hoc scimg literas ejg argumenti, ut nuper scripsi missas esse: quæ certè præsidio adversariis extitissent, si consulem suis partibg faventem hoc anno haberent: quod tamen clementer avertit Dxg.

Hæc sunt Rev: & Clarisse Vir, Charissime Pater q V. E. literis eruditissimis respondere volui: quæ ut in bonam partem C. V. accipiat, meq amare pergat vehementer peto. Nos vicissim E. V. à Deo O. M. longævam vitam, incolumitatem & vires confirmari augeri, & fulciri, nidesinenter precamur.

Salutem officiosam V. Excellentiæ, lectissimæ conjugi Clarissimo Viro D. D. Coccio, & symmystis omnibg ascribunt cæterq. parens D. Erasmg, D. affinis Doctor Georgig et domestici omnes. Benè in Dño V. E. valeat & vivat semper Amen. Dabam Argentinæ 8 Marty Anni 1581

E. V.

observantissimg filig
Ulricg Marbachig.

S. P. Litteras tuas cum summi officii benevolentiæq. tum admonitionis plenas singulari cum voluptate Prid Kal. May accepi et legi vir Nobilissime D. N. Ad quas dudum respondissem si non adversa valetudine impeditg fuissem. 37)

Ἐξηλλαγὴν corporis experior et à bono corporis

habitu. quo Dei beneficio opq; declinationem.
Quæ res me sub alio coelo et à meis amicis
et supellectile exulante per quinquennium plurimum
perturbavit. Taceo quod privata mala me clam
exerceant, qualia sunt pietatis, religionisq. oppress.
artium et bonorum virorum exsilia nova ista tyran
nide imminentia. Hæc et alia infinita, omnem
meditandi et ludendi ardorem spiritumq. excussere.
Nihil itaq. quod genium habeat, possum efformare.
Felicior et fortunatior es me ipso: qui in omni carmi
nis genere ad excellentiam adspiras, et genialia
nobis nectis cultissimis et rara eruditione.
Gratiam tibi immortalem habeo et ago pro ostensis
nævis et meis illis. quæ totum carmen obscuras
sent. Sæpiq in literis exarandis erro; dum alio
mentem defigo. Induxi quædam et commodiores
substitui voces. Has tamen iterum inspicito, et trun
cato. Sit te penes censoria dignitas. Non succenseo
imò doctiorum judicia veneror et exosculor. Sequor
idem tuum judicium masus, nempè in Psalmis:
affectus comprimam et moderabor, neu privatam
vindictæ cupiditatem quæsivisse sed divinam gloriam
spectasse videar. In Schullenburgicco opere omnes
ingenii nervos intendam, et quæ sapienter et pruden
ter admonendo suades, effecta sum daturus brevi.
Hoc unum me offendit, quod suspectum me habe
as, quasi Eslinganam illam Jacobina, portentosum
et novum monstrum de ubiquitate adprobem. Sancte
adfirmo me nunc XVI annos cum ad Salam essem
et literis operam darem, Chimeram exsecratum
et devovisse; qua duplex Majestas filii
Dei et filii hominis, in Ecclesiam invehitur
et reali illa et Majestate (quam tamen Faber
accidentariam vocat in sua modesta responsio
ne ad luzdgad theses) Christo homini com-
muni-

municata et infusa, statim in possessionem devenisse
Christum hominem rerum omnium dominū et sedisse
ad dextram n. patris. Hoc dogma ab institutione
et verbis Christi alienum de summorum hominum
consilio nunquam sum amplexus cum fecundissima
contentionum et contumeliarū semina velut hydra
procrearit, Et ut tetros et horrendos errores
præteream, quales sunt naturarum exæquatio et σύγχυσις
certe Paulus gravissimam homiliam Phil: 2.
de exinanitione et glorificatione Jesu Christi in
solidum evertit: ubi de duobus statibus erudimur;
tum demum summam potestatem et plenum im-
perium toti Christo collatum quando vivos mor-
tuis exstitit. Hi duo inquam distincti status si
confundantur: totum Christū eripi, imò nobilissi-
ma ejus beneficia subduci necessum est. Si enim in
incarnatione post unionem omnis Majestas et quidem
realis in puncto salis sive ortus effusa et donari
ut vult Faber, quid opus erat Paulo tam luculentam
tamque gravem instituere orationem? certe omnis
vis exinanitionis Christi et efficacia eludit et adi-
mitur consolatio. Nec procul ab Osiandri Errore
abest quasi ob solam conjunctionem duae naturae
tum ipsa humanitas Christi sit justa. vel ut
Schmidling contra Theses Ingolstadianas delirat
ob accidentariam Majestatem p. 13. homini infu-
sam quea ipsi Deiconi omnes res habere præsentes fin-
git p. 14 134 gloriosa effecta. Ego vero quo no-
vis non delector, nisi quod exercitii causa cum uno
et altero disseruerim nunc contra exerim, fundamenta
Cœnæ non in Schmidiana Chimera sed in Christi
verbis et institutione et contra Verrem decerno:
Christum ob suam ipsam exinanitionem, meritū
esse glorificatum et ad summum dignitatis et

et Majestatis culmen evectum quam dignitatem sibi restitui ante passionem ab æterno Patre contendit vehementissime Joan: 17. Ineffabile esse mysterium cum Incarnationem, tum præsentiam corporis Christi fateor. Credendum potius non scrutandum è nostra re duco ne nimium scrutando, altercandoq. veritas amittatur. Bis juravi in Confessionem Augustanam et Christi corpus § Biblica nempe: et corpus Thuringiacum. semel cum cooptarer in album et coronam Studiosorum Aō ∞: secundo ante Xm annorum, cum Magister crearer: Nil tale Schmiddianum propositum et quod mihi aliorum nuga? Nullum in me jus habet pontifex. Unum habeo Magistrum Christum verum Deum et Dominum verum. Nec cum Majestate Christi unum, quam germanito et legato malo agere, ne opprimar. Christianam doctrinam doctrinam imbib. puer: illam retinebo donec me Spiritus S. rexerit. Errare quidem possum: hæreticus esse nolo. Neminem quoq. damno, cum sic Judicis non fratris officium quod tamen Schmidlini sibi arrogant. Cum quibus non facio. Hoc nōris. Non possem Tubingam illam laudare ubiquitatem. Ex Christo pendeo, hujus oracula mihi tanta sunt, ut omnium hominum somnia nihil faciam, si non consentiam cum verbo. Non ergò vereare, ne te feriam vel per latera amicorum adoriar. Lusit me nemo illorum, cur lædere innocentes! Heroicum carmen purius descripsi: quod tibi honoris me auctore et principi consecro et nuncupo. Optarim genues et modestos Theologos exoriri, qui dissidium illud de Majestate componerent, et in mutuam amicitiam animorum exacerbatorum traducerem. Dathenum arti audivi laudari

à Christophoro Stephano Iureconsilio. Postremo sancte tibi promitto, me in posterum, si vixero ita Poeticam excultorum, ne labem aliquã dignitati aspergam. Sed ut juramentum Consiti Mager creatq: ita tibi Sacro vati idem do. & ut me Deus S. Spiritu humanitatis & pacis moderetq ab eodem Spiritu Sapientiæ peto. Jam in manib. habeo Schulenburgium ad umbilicũ ducam. Reliqua Scripta premam tam diũ, donec ea lineã perpoliveo: Si pia fata velint.

S. P. Quanto me gaudio cumularis D. Melisse Vir & Poëta nobilissime, Oda conatq sum exprimere; non ut volui, sed ut potui. Redit curata abs te oïa. Si qd ad confirmandum honorem lauream q. Poeticam fuisset; id tuæ relinquo dignitati perficiendum. Odarium profecto Melisseum; parumq. vel nihil à Venusino differre videtur Lyricorum vate clarissimo. Proxume sane accessisti; neque, quod non invenio commendasti Amori tuo, nõ doctrina vel industriæ meæ adscribo. Faxo ut Schuldenburgico ex carmine reportes illam laudem, et honorem q debetur. Respondi ad Odarium grave & melitũ. Reddita namq. laurq ipso diva Elisabetha vesperi exacto, q dies & matri ejusdem nominis extitit ~~[illegible]~~ natalis ante aliquot annos, ut ex diariis meñ cũ habeo ante triennium Gotha consignatis. Nata n. Ao CIƆ IƆ XVIII. Nupta Parenti Adamo vicino (ambo avi in una platea Gotha cohabitarunt) XXII cum haberet annos. mortua mense Februario circa Baccha-

nalia. Aº 1547. paulò ante cladem Electoris Principis Saxoniæ, tunc sani puer quinque annorum. Parens Adamus educatus optime; sed aviæ deterritus à studiis importunitate; ad vi mactationis pecudum detrusus in laniorum Gor accensus fuit ordinem; matremque virgine pud chorrinam duxit in uxorem de avi Nicolai Er ... crei consilio. Avunculus, matris frater Georgius Voglerus artium e Philosophiæ ad Albi creatus Magister. Nortlingam accersitus, Rodin gerorum ex familia nunc prope ad D. Se bastianum Rodingerum jure consultum redac Annæ viri consularis habuit in matrimonio filiam.

S. P. Sacrarum supplicationum libellum, una cum luculenta Psalm XXIII ἐξηγήσει visum est tib. mittere, Melisse Nobilissime. Nam ex his lucubrationibus colligere poteris pro tuo divi no ingenio, quid in aliis psalmis à me in de cennali exilio elaboratis, expiterim. Mittam itaque si & ocium & stabiliorem sedem Deus tibi con cesserit. Μελανχθονο enim & Psalmos gradu um ut vocant vario carminis genere ad Albim expressi. Studia hæc plane in con temtum abiere. & pauci sunt qui numeris dele ctantur. o tamen ob Midas et Crassos absi ciamus; sed in decantandis Dei immortalib. beneficiis nos excitemus. Ad medicinam me totum converti: discedo in Hypocratis scriptis pergerem si Patronos haberem: qui me cur rentem equum sublevarent. Sacris hactenus studiis occupatus: cum quibus animæ pharma

non

non poenitenda hausi Sed qd te grumonb. occupatum detineo. Bene Vale me ama. data ad Coccin Prid. N. Vmbrs Aô CIↃ IↃ P LXXXI

Fraxineus

Dño
Paulo Melisso Comiti Palatino Poëti et Civi Romano etc. Suo d— l. n. r. colendo
redd. 18. oct. 1581 Noribᵃ

S. Reverende et Clarissime Dñe Doctor, Dñe et Pr òi semper. observañá colende, Filium Dñi toto pectore oro, ut tranqllam tibi senectam, et integras in ea corporis et animi vires largiat, et ppr nóis sui glám et ecclae salem adhuc aliquandiu superstitem et incolumem servet, regat et conservet, et nos omnes doceat ac gubernet, ut sing vasa mrcae et organa salutaria ecclae Amen. Postremas meas lras 15 glr. aô 79 datas 11 Jan: anno 80 accepi et mox 18 Febr. rescripsi, adjunctis chartis inter amicos distribuentis lras misi Francofurtum, fideliter redditas spero sed ab eo tempore responsum nullum accepi, silentium tuum in hac aetate et laborum ac aerumnarum mole facile habeo excusatum, et oro, mihi itidem ut ignoscas quod de vita et valetudine mea incertis nihil hactenus scripserim. Deinceps Dño volente, si vivemus crebriores à me literas habebis. Jam etm prolixus esse non possum Sed breviter hoc etiam significo, Nras Ecclesias et Respub. et machinationibus Hispica et dira nunciari Deus nos clementer regat et servet, et impior hostium ecclesiae conatus infringat. Ac servet sibi inter nos semen aliquod Scnum, quod in extrema hac mundi senecta et turbulentissima atq exulceratissimo seculo ipsu tamen recte agnoscat invocet et celebret, ac in coelesti et aeterna gloria, cum ipso vivat Amen Ego, quod felix et faustum sit, et mihi atq. huic